



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs

Escobar y Mendoza, Antonio de

Lvgdvni, 1659

XI. Peccata Mortalia Agriculturæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

CAPUT XI.

De Peccatis Mortalibus Agricola.

40. **Q**uomodo graviter delinquit Agricola? Dies festos §. 1.
 non custodiui, haud urgente necessitate: cum adesset Agricola
 grauis necessitas mala fide ex ignorantia laboraui: non ieiun-
 nauit quando Ecclesia imperauit, falso mihi persuadens, ad
 ieiunium teneri, etiam si eodem die operi incumberem: con-
 firmationis Sacramentum contempsi: non solui Decimas:
 Parocho graui in re non obtemperaui: ligna, aut manipulos
 messis, in graui materia surripui: sine auctoritate animan-
 tia gregis alieni necaui, grauiter percutiendo, oborto pro-
 ximi incommodo: fundi alieni maceriem commixui vnde
 fructus graue acciperent nocumentum: fundum proprium
 propagauit communium bonorum iniuria, aut alienum
 conductum destruendo: pecora messibus alienis addixi, ex
 grauis incommodi cognitione: ob temporum incommo-
 da, aut in blasphemiam, aut in stulta verba in elementa Dei
 opera prorupi: maledictis affeci pecora, reputans falso sem-
 per me lethaliter delinquere: falsum testimonium contra
 proximum in materia graui protuli, siue simplici verbo,
 siue addito periurio: alios ex inuidia, aut vindictae affectu
 iniuste accusaui, vnde praeter irrogatam iniuriam, neces-
 sum fuit accusato sumptus impendere: superstitionibus ope-
 ram dedi: non impleui labore meo mercedis quantitatem,
 graui proximi damno: iustas gabellas, ac tributa non solui
 toties.

praxis.

41. **Q**uid si Agricola lacui trahit, ubi uua exprimuntur?
 Sine utilitate aquam musto admiscui: mustum deterius, seu
 aqua admistum, quod ex reliquis uuarum agricolae famulis
 allolet elici, musto bono addixi, ut utrumque utri bonum
 aequali pretio venderem graui equidem damno emptori ob-
 orto: cum emptorem vino bono potassem, ut eligeret, postea
 deteriori admisceri curauit, & quantum iniustum comparan-
 dum: mustum acidum, aut debile condimento laedenti praeparauit
 in ementis iniuriam, cui post breue temporis inter-
 stitium merces perit, toties.

§. 2.
 Lacus
 uuarum
 praepositi.

42. **De agrorum custodibus quid adiciendum?** Muneris mei §. 3.
 obligationem communi incommodo nesciui: iuramentum
 de munere fideliter exequendo violauit: ut pecuniam agrico-
 laum, venatorum, aliorumve sine iudicis auctoritate exegi:
 accepi

Custodis
 agrorum.

accepi munera, ne munus rectè exercerem, graui exorta læsione: læsores agrorum non accusaui: accusato reo, pro mercede exhibita, ab accusatione recessi: iniuste ex odii effectu proximum innocentem accusare veritus non sum: communes montes ob quæstus spem committij dissimulaui
noties.

pentes

CAPVT XII.

De Peccatis mortalibus Mercatorum.

§. 1.
 Mercatoris præparatis.

*ob dilata
 solutione*

43. **V**ndenam Mercatores peccato lethali illigantur: Venum, aut prohibita quæque ex suspitione prauis vsus vendidi: in animi præparatione vixi, vt quodcumque pretium iniustum potuerim exquirere ab emptore, non præmitterem: anticipata solutione emi, quod tradendum erat postea ^{in præ} infimum pretium: ultra supremum vendidi, quod post tempus soluendum esset: hostibus Christicolarum bellica vendendi instrumenta, munitiones, &c. Mercium grauem occultum defectum non aperui: pondus, & mensuram grauius imminui, in præparatione animi sui leuiter sæpe defraudare, vnde grauis Reipublicæ iniuria resultat: in emptorum iniuriam Monopolium iniustum constitui, non vendendas ^{in præ} merces, nisi exhibitio pretio: merces cunctas mihi comparauit, immoderato quæstu pro libito vendendas: minori pretio ab eo, qui merces non agnouit, emi, & carioris vendidi ignorantibus: versuram feci, vendendo pretio maiori soluendo in futurum, quod mox redemi exhibitio pretio minori: aliquid vendidi valoris deterioris pro alio, aut qualitatis, aut durationis & utilitatis: merces veteres, exhalatas, & inutiles bonis admiscui, vt eodem pretio venderem vtrisque: inita societate, socios grauius læsi, infideliter gerendo ministerium: societatis fictitiæ ini contractus palliata vsura: iniuste assecurationes capitalis & lucris factæ sunt mea iniquitate: iusta tributa defraudaui: tempore debito non solui graui damno creditoris, qui protestationem incommodi gessit: mercibus solui, quod pecunia soluere debebam, contra creditoris voluntatem: læso iure, aut consuetudine diebus festis emi, & vendidi publice: Ecclesiam irreuerentia graui domum feci mercaturæ: iuraui falsò, me tanto pretio merces emisse, quam credulus mercator eodem, aut maiori grauius quidem læsus acquirit: in concursu mercatorum